



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Dicto Tripolitan. Episcopo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20006**

quid debeat attentari , miramur non modicum & movemur quod tu, prædecessoris tui exempla securus , qui motu propriæ voluntatis Mamistan. in Tharsen. dicitur transtulisse , La. quondam Apamien. electum in Tripolitan. Ecclesiam transtulisti. nec tibi sufficit dicti prædecessoris tui præsumptionem sollempmodo imitari , immo etiam in injuriam nostram , ipsius transgressus excessum , novo quodam mutationis genere parvificasti majorem , & magnum quodammodo minorasti , episcopare Archiepiscopum immo potius darchiepiscopare præsumens , cum dictus prædecessor tuus dictum Archiepiscopum de Tharsen. Ecclesia in Ecclesiam transtulerit similis dignitatis. Licet enim dictus L. nondum fuisset in Archiepiscopum consecratus , confirmationis tamen munus receperat , & archiepiscopalia , quantum ei licuerat , ministrarat ; sicut ipsius nobis relatione innotuit , qui se Valenien. Episcopum , cum in nostra esset præsentia constitutus , afferuit confirmasse. Ne igitur perpetrandi similia ceteris audacia præbeatur , si tantus excessus relietus fuerit impunitus , te ab Episcoporum confirmatione duximus suspendendum , quoisque super hoc aliud statuamus , scitur quod hoc nos ab exauditione petitionis , quam pro venerabili fratre nostro Archiepiscopo Mamistan. porrexeras , revocavit. In ceteris autem , quantum cum honestate potuimus , te curavimus exaudire. Datum Laterani XVI. Kalend. Aprilis.

## DICTO TRIPOLITAN.

Episcopo.

Epist. 51.  
Quia in Apamien. Ecclesia in Archiepiscopum electus in Tripolitan. fecit transferri, à pontificalis officij executione suspenderetur.

Cum ex illo &c. ut supra , usque ad verbum illud movemur quod cum in Apamien. Ecclesia in Archiepiscopum fuisset electus , & confirmatione susceppta , quantum tibi licuerat , archiepiscopalia ministrasses , sicut extua nobis relatione innotuit , qui olim apud sedem apostolicam constitutus , venerabilem fratrem nostrum Valenien. Episcopum te confessus es confirmasse , in Tripolitanam te transferri fecisti , novo quodam promotionis genere non promotus , sed potius minoratus. Ne igitur perpetrandi similia ceteris audacia præbeatur , si tantus excessus relietus fuerit impunitus , te ab executione pontificalis officij duximus suspendendum ,

donec super hoc aliud statuamus. Datum Laterani.

## S U E S S I O N . EPISCOPO.

**I**ustis petentium &c. usque ad verbum illud assensu. Recipiendi appellazione remota jus patronatus à dilecto filio P. Præposito Compendien. in capella quam in Castro de novo construxit , sicut illud ipse tibi poteſt justè conferre , liberam tibi concedimus auctoritate apostolica facultatem. Nulli ergo &c. Datum Laterani XIII. Kalend. Aprilis.

Epist. 52.  
De concessa sibi licentia recipiendi ius patronatus à P. Præposito Compendien.

## E I D E M .

**P**ropositum est nobis quod cum in Castro Compendien. una tantum parochia fuerit ab antiquo , ea jam in tantum excrevit , quod in tres valet dividi competenter , ex quarum qualibet plures etiam possunt vivere sacerdotes. Propositum est insuper nobis , quod dilectus filius P. Præpositus Compendien. capellam quandam apud idem Castrum construxit propriis redditibus , & ditavit , quam per te tanquam per diocesanum Episcopum petit solenniter dedicari. Vnde fraternitati tuae auctoritate praesentium indulgenus , ut liceat tibi sub appellationis obstatculo secundum Deum & canonica instituta tam de parochia illa disponere , quam dedicare capellam , si à venerabili fratre nostro Atrebaten. Episcopo , cui super hoc scribimus , licentia fuerit tibi collata. Datum Laterani VIII. Kalend. Aprilis.

Epist. 53.  
Ut capellam Ribi à Præposito Compendien. collatam dedicare valeat , & de parochia disponere cum licentia Episcopi Atrebaten.

## ATREBATEN. EPISCOPO.

**E**x parte venerabilis fratris nostri Suectionen. Episcopi apostolicis est auribus intimatum , quod cum in Castro Compendien. &c. ut supra usque ad verbum illud sacerdotes. Verum cum in eadem parochia una sola sit constructa Ecclesia , & in ea unus solus Presbyter institutus , & ad eam non modica conveniat populi multitudo , contingit aliquando quod propter penuriam sacerdotum plerunque parochiani defectum in spiritualibus non modicum patiuntur. Volentes igitur parochianis ipsis in hoc sollicitudine paterna consulere , fraternitati tuae per apostolica scripta mandamus , quatenus si parochiam ipsam ad dictum Episcopum constiterit pertinere , disponendi de ipsa secundum Deum & canonica instituta liberam ei tribuas au-

Epist. 54.  
Ut si ei consticerit quod parochia Castro Compendien. ad Episcopum Suectionen. pertinet , disponendi de ipsa liberam ei tribuat facultatem.

D iii